

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 48. Iordanis in Christi baptismo gloria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

## Epigramma 48.

**Iordanis in Christi baptismo gloria.**

**N**AIS ut insueti conspexit velleris agnum;  
Cerula sollicitis fræna retorsit aquis.  
Prodigani potius vomat vbere copia cornu  
Nunc alias princeps quas bibat I<sup>X</sup>DS aquas.

## Epigramma 49.

**Fons propè Iordanem, vnde hausta &**  
**qua nuptijs in vinum vertenda,**  
**Iordanī inuidet.**

## VOX FONTIS.

**N**AJADUM liquido gremio fugit ynda per hebas,  
Quaque fugit, tacito murmure visu loqui est.  
Inuidus ille meos cur inuidet amnis honores,

Qui meruit purē tingere fonte Deum?  
Et quantum hoc tenui vix spargere rore Tonantem!  
Ait ego quantus bonus! vbere pasco mero.  
Si mihi forte suos radios afflaret I E S V S;

Auriferis fluere in diues, ut Hermus, aquis.

Aurea nolo Phrygem quæ fallant pocta tyrannam; (4)  
Fens mihi sidereas funderet vber opes.

(a) *Midas à Dijs impetravit ut ea qui se ablueret  
aqua in aurum verteretur. Ut ifabula fingit enenisse  
in amne Pactolo.*

## Epigramma 50.

**Ioannes denunciat ē Christi baptismo,**  
**ceu fonte igneo, viā cælo ineundā.**

## AD HOMINEM.

**A**D fontem digitum, radiumque intendit IESVS,  
Cui sacra cælesti manat origo domo.

Tinge